Fragmentarium

possim. Cum [covered] ctorum amen.

xlviiii [covered] ꝯ S[e]c[un]d[u]m Johan[nem].

Sententiae magistri Roberti de Meleduno.

In illo tempore [covered] [Gali]laeae et sequebatur
eum multitudo magna [covered] [facie]bat super his qui in-
firmabantur. Subiit ergo ih[esu]s in montem. et ibi sedebat cum disci-
pulis suis. Et reliqua. OMELIA LECTIONIS EIUSDEM.

AG Miracula d[omi]ni et salvatoris n[ost]ri ih[es]u xp[ist]i fr[atr]es dilectissimi sicut audi-
vimus q[ua]m magna sunt. oportet etiam nos ad intellegendum
BED querere. quam magna in se contineant salutis n[ost]rae misteria.
Quod vero propinquante pascha d[omi]n[u]s turbas docet et sanat et reficit.
possumus ita mistice intellegere. quia pascha transitus dicit[ur]. Et quos
cumq[ue] d[omi]n[u]s in tanta munerum suoru[m] suavitate reficit. ad salubrem pro-
fecto transitum parat. Ut carnis videlicet concupiscentias t[er]renorum
delectationes gaudiorum transcendant. Infima mundi desideria.
prospera eius et adversa. spe et amore caelestis regni conculcent.
Cum sublevasset ergo oculos ih[esu]s. et vidisset quia multitudo maxima
venit ad eum. Divinae pietatis hoc e[st] indicio. quia videlicet omne-
tis qui ad se p[er] fidem et bonam voluntatem venire quaerunt. opem gra-
tiae suae atq[ue] misericordia caelestis solet occurrere. Dicit ad philippu[m].
Unde ememus panes ut manducent hi. Hoc aut[em] dicebat temptans
eum. ipse enim sciebat quid e[ss]et facturus. Dicit ei philippus. Du-
centorum denarioru[m] panes non sufficiunt eis. ut unusquisq[ue] modi-
cum quid accipiat. Neq[ue] enim dubitare debuerat discipulus p[re]sertim
creatorem omniu[m]. qui totum undiq[ue] mundu[m] gubernat et regit. qui
de paucis granis segetes creat. et multiplicat fructus. posse panem ad alen-
dam turbam in solitudine repperire. qui cae[lu]m pugillo continet. et terra[m]
palmo concludit. Sed ut discipulos erigeret ad fidem. et de visibilib[us]
signis quae fecerat. etiam invisibilia discerent credere intellegere
et venerari. Dicit ei unus ex discipulis eius. andreas frat[er] simonis petri.
Est puer unus hic qui habet quinq[ue] panes ordeacios et duos pisces. sed
haec quid sunt inter tantos. Puer autem hic. populu[m] iudeoru[m] significat.
Quinq[ue] panes. quinq[ue] libros legis quib[us] populus iudeorum magis gravat[us]
fuerat quam satiatus. Quia portabat quidem clausa onera legis. sed

License: public_domain – Brugge, Openbare Bibliotheek Brugge, Ms. 191, upper flyleaf 3v – The Bavarian homiliary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-cigb/9200/68246)